

Mythologia, Venise, 1567 - VI, 15 : De Marsya

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 15 : De Marsya](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 16 : De Marsias](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 15 : De Marsyas](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VI, 15 : De Marsya, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/887>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Marsyas](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Thamyrim scripsit, ob suam in Deo temeritatē & arrogantiam: quod quidem rationi magis conuenit, cum rante arrogantia poneat luenda brevissimum sit tempus humanæ virtutis curios. ob eam calamitatem oculorum ferunt cœsas Thamyrim a componendis carminibus, quare dictæ sunt illi Musæ cantum & citharæ peritiam ademissa. At quam ridicula est Di boni alicinarum ineptiarum derisoris Zezx explicatio, quā prodidit chil. 7. hist. 108? inquit enim Thamyrim nobilem fuisse poetam, qui mundi creationem quinque millibus versuum complexus sit, sed cum esset superbus & arrogant, eiusque scripta periissent, fabulati sunt antiqui, ut ait, illum cum Muhs certasse, & factum cœcum, ac diuinam cantilenam illi fuisse ademptam. Hæc explicatio fabulæ quantopere frigat, quis non sentit? non enim propter has ambages, & rugas aniles, fabulæ facturæ ex cogitatz ab antiquis; sed, ut dicebam, quo nos deorum metu & reverentia, ab inani arrogantiâ abliterarent eorum exemplis, qui cum arrogantes fuissent, pœnas ingentes fuz temeritatis dederunt. ut essemus acceptorum à Deo beneficiorum & emores, ut neque nimis aduersis deprimeremur, neque felicibus rebus nimis extolleremur: quorum vitiorum utrunque & Deo minime placet, & homine sapiente est omnino indignum. Hæc causæ fuerunt, ut mihi quidem videntur, multò honestiores & probabiliores cur fabulæ huiusmodi fingerentur, quāvis alicuius historiæ fundamento fulciantur. at nunc de Marsyas dicatur. 20

De Marsyas.

Cap. XV.

Marsyas quoque Phrygius tibicen ob similem huic temeritatem & pecculantiam non leue supplicium subiuit. Hic Thyagnidis fuit filius eius, qui primus omnium mortaliū leges musicas ad laudes Deorum, quibus in solennitatibus Græci vbi sunt, accommodauit: qui Marsyas ausus est cum Apolline de tibiarum peritia contendere. Fabulati sunt hunc magna consuetudine cum Cybele fuisse coniunctum, sed diu postea peruagatum in Nysam ciuitatem ad Dionysium, qui ibi regnabat eo tempore, peruenisse: 30 vbi cum Apolline illic inuenito, qui cum ob alia multa præclarus, cum ob inventam citharam, & artem pulsandæ citharæ magno in honore habebatur, ausus est contendere: cum ipse tibias a Minerua eiectas suscepisset ut aiunt, hisque inflandis factus iam peritior sibi videretur. Apollinem igitur in certamen musices prouocavit ea conditione, ut vixtor vixto quodecunque libueret, imperaret, ut testatur Pausanias in Phocaicis. Idcirco mansit ea consuetudo postea in magnæ matris sacrificiis, ut adessent illis etiam tibix, ut ait Myrleanus Asclepiades. in eo certamine igitur cum Apollo citharæ pulsasset, mox ore cantabat; ut Marsyas tibiis inflandis tantum erat peritus, quare etiam vixtor pœnas dedit suæ temeritatis. Illud certamen cōmitem fuisse non procul ab Apamia ciuitate iuxta lacum, in quo ad vsum tibiarum optimi calami gignuntur, scriptum reliquit Strabo lib. 12. ex eo lacu dicuntur manare fontes Marsyæ fluminis, cum Ouid. lib. 6. Metam. Marsyam scribat fuisse ab Apolline in fluvium mutatum. Nam fama est apud eundem lacum tibias a Minerua fuisse inventas, quas cum illa inflaret, seque in lacu conspexisset, orisque turpitudinem vidisset, & tumorem, illas abiecit, secedite & me inquiens malæ corporis depravationes, ut ait Athenaeus libro 14. has cum reperisset Marsyas, qui multò ante bella Troiana floruit, non solum in-

Aaa a flauit,

Mythologiae

fauit, ceterosque illarum peritia antecelluit, sed etiam Doricorum musicæ poterat, geminorumque tibiarum fuit inuentor, sicut Amphion Lydiorum, ut certatur Plut. in libro de Musica. fama est igitur Marsyas vbi cum Apolline decertata victus fuisset, de pinu arbore propinqua fuisse suspensum, & exco-riatum, ut testatur Nicander in his carminibus;

Μαρσύας οὐτε γένεται οὐτε δάκρυα τρέπει

Μαρσύας, ἔχει τοῖς φίλοις αἰσθάνειν πάθος

Σφίξεις & lacrymas de pinu tristis ademit

Marsyx, vbi Phœbus nudavit cortice membra.

- 10 E pelle Marsyx viris factus fuit, quem in Celenororum ciuitate fuisse scribit Herodotus in Polymnia hoc pacto; si dicitur, Cenide dabo tibi teus datus, metaspius mīrūs eis tē φρονή, si μῆτρα περισσότερη, περισσότερη δὲ καὶ αἷμα, τὸν ποτὲ αἰσθένειν μακρὸν περιποιεῖ, τοῦτο ποτὲ δὲ οὐδετέρον. τότε, επειδὴ τούτων οὐτε τελετέστε. Τοῦτο δὲ αὖτε τὸν εὐθυνόν αἰσθάνει, οὐ τὸν μακρὸν περιποιεῖ, οὐ τότε, οὐδὲ τοῦτο περιποιεῖται. τοῦτο φρονήτεται, τοῦτο Αἴσθαντι λαζαρέται, σκληρασται. Iste postea quam Halym traiecerunt flumen Phrygicum, per ipsum protecti Celena adierunt: vbi scatent fontes Mzandri flumini, & alterius non minoris Mzandro, cui nomen est Catarractes. hic oritur ē foro Celenorum, & in Mzandrum influit: vbi est etiam Sileni Marsyx viris in ciuitate suspensus. est enim sermo Phrygum quod is de Marsya ab Apolline excoriato fuit suspensus. Dicitur ea de causa vniuersis tibieinibus deinde iratus fuisse Phœbus, quem Sacadæ opera placatum posse fuisse memorat, cum is primus Delphis Pythium cantum cecinisset. Quid per hanc fabulâ significare voluerint antiqui, manifestum omnibus esse arbitror, quoniam dictum fuit ad superborum, & nimis elatorum animorum deprimendam temeritatem multas fabulas fuisse inuentas, quibus etiam consolantis illis, qui molestiarum & calamitatum cumulis obruuntur, ut licet, nam ut Deus in temerarios animaduerget, ita viros bonos aliqua calamitate oppresos adiuuat, quod & ipsum per fabulas antiqui nobis tradiderunt. Cretensis enim 30 Hippolyti filia Acallis vxor cum capta fuisset Pelei desiderio, neque tamen Peleo ut secum congrederetur persuadere posset, illum apud Acallum, quia suam pudicitiam tentasset, accusauit. Hunc Acallus secum habens ad verticem Pelei montis adduxit, & vincitum feris laniandum reliquit, ut scripsit Diognetus in rebus Smyrnæ. Verum eius innocentia miserrimus Iupiter ensem illi per Vulcanum misit, quo se a feris tueretur: deinde cum in vibem venisset paucis comitantibus Acallū debellauit, & imperio ipse potius esset. ut igitur non est viri sapientis aduersus diuinam Dei voluntatem ob præfatem felicitatem & opulentiam insurgere, sic in rebus aduentis non cedendum viribus tempestatis, sed in virtusque certa animi moderatione uti convenit. nunc de Ixione dicamus.

De Ixione.

Cap. X VI.

ENIMUERO multò his sceleratior fuit Ixion Phlegyæ filius, ut sensi: Euripides; ut Aeschylus, Antionis; ut Pherecydes, Pisones & Actionis; ut vero alii Mattis, & Pisidices. Hic enim Diam filium tinebat, ut, ut alii maluerunt, Deioneum, uxorem duxit; cum pollicitus esset se mox munera faceto mox esse daturum. verum cum ad illa accipienda venisset Deioneus, hunc